tuus cleo lericie ¶ Secundo requiritur au torita legationis· vt ·ſ· miſſus non a ſpiritu maligno neqꝫ a faſtu proprie ſed a ſpiritu ſancto ſit miſſ9 beatus lucas qui vere potuit dicere illud ·yſaie· tricesimo octano· Et nunc dominus deus miſit me et ſpirit9 ei9 ¶ Tercio requiritur in audiente ydoneitas diſpoſitionis quia actus actiuorum ſūt in paciente et diſpoſito· Oportet enim ·ꝙ dupliciter ſint diſpoſiti quos debet ſonare actus vel ſermo predicatoris · Debent em̄ eſſe verbo ſalutis obedientes et pro peccatis commiſſis penitentes · Debent etiam auditores verbi dei eſſem anſueti et obedientes / non elati verbum ſalutis contemnentes · Et ideo beatus lucas miſſus fuit ad annunciandum non quibuſcumque ſed manſuetis · Illi enim ſolum verbum dei vtiliter audiunt qui illud humiliter in manſuetudine ſuſcipiunt · Eccleſiaſtici· quinto· Eſto manſuetus ad audiendum verbum Abicientes ergo omnem imundiciam ꝛ habundanciam malicie in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum ·quod poteſt ſaluare animas veſtras · Iacob·i· Debent nihilominus auditores verbi dei eſſe contriti et penitentes · Ad recipiendam enim medicinam predicatiōis non ſolum neceſſaria eſt manſuetudo audiendi verbum ſalutis ſed etiam requiritur contritio pro peccatis cōmiſſis / Et ideo beatus lucas miſſus fuit ad medendum non quoſcumque· ſed cōtritos corde · Sic enim ſolum diſpoſitos medet² qui ſanat contritos corde et alligat contritiones eorum ·ps· Sed timendum eſt ꝙ ſicut materiam corporalem duram rudem et non tractabilem vix vmquam ad ſuſceptionem forme poteſt artifex diſponere · Vt ſic ſint aliqui tamdiu non contriti peccatis inueterati ꝙ vix vmquam medicina predicatoris circa eos vtiliter exerceri poteſt / qui poſtꝙ̄ grauiter et enormiter peccauerint pertinaciter inherent· et de peccato gaudent ·poſtquam prauitatem perpetratam erecto collo ambulant / et peccatum ſuum quaſi ſodoma predicant Et licet in omnibus talibus ſit medendi difficultas generalis · In clericis tamen viris eccleſiaſticis eſt difficultas ſpecialis · Cuius rationem aſſignat · Criſoſtomus ſuper Matheū Secularis inquit poſt peccatum faciliter ad penitentiam venit ·occupatus enim ſolicitudine ſeculari non ſcripturis non ſatis attendit / ſemper enim que in ſcripturis poſita ſunt noua videntur / et cum aliquid vl' de gloria ſanctorum ·vel de pena damnatorum audierit expaleſcit et cōpunctus ad

penitentiam currit· Clericus vero qui cottidie meditatur ſcripturas ſi ſemel ceperit cōtemnere numquam excitatur in illis vt timeat / Et ſubdit / Quis aliquando vidit clerum cito penitentiam agentem et ſi aliꝙ̄ do deprehenſus ſe humiliauit non ideo dolet ꝙ peccauit / ſed confunditur quia gloriam ſuam perdidit · Quamuis autem huiuſmodi clericorum infirmitas cum difficultate ſanetur· eorum tamen ſanitas ſine impoſſibilitate verbo predicationis a domino obtinetur · Quia ſicut dicitur · Sapiēti· xvi · Neqꝫ herba neqꝫ malagna quod eſt quoddam medicamentum quod molendo teritur ſanauit eos· ſed ſermo tuus domine qui ſanat omnia ·ſ· peccatorum genera De iſto medico ·ſaluator· Luce· quinto · Non egent qui ſani ſunt medico· ſed qui male habent · Non enim veni vocare iuſtos ·ſed peccatores ad penitentiam ¶ F ¶ Per predicatoris ſapientiam · Hec autem ſapientia predicatoris ſiue predicationis medicina eſt contra cecitatem in intellectu quemadmodum collirium contra morbum oculorum corporalium · Collirium enim ſecundū yſidorum ·ethimo· quarto· vbi agit de medicaminibus eſt medicamentum quo vitia oculorum tergantur · Et ſignificat euangelium a beato luca predicatum quo vicia oculorum mentalium purgantur· Iſto collirio inunge oculos tuos vt videas· Apocal· tercio · Hoc autem collirium confectum eſt ex veritate ſignorum et pluralitate prodigiorum · Dicitur enim ·Geneſis vltimo· p̄cepit moyſes ſeruis ſuis vt cum aromatibꝫ condirent patrem · Ioſeph enim ſaluator noſter precepit ſeruis ſuis medicis ·i· euangeliſtis et viris apoſtolicis quos conſtituit medicos animarum vt cum aromatibus ſignorum et prodigiorum condirent / Quo ſicut nos patre generauit · Tunc enim apoſtoli et chriſti euangeliſte chriſti euangelium cum aromatibus conderunt ·quando ipſum ne vileſceret ſignis et prodigijs concomitantibus predicauerunt · Vnde· Richardus ·i· de trinitate ·capitulo· ſecūdo Oſtēdens certitudinem credendorum ·que nobis euangelica predicatione tradita ſunt ait ſic · Vtimur in eorū atteſtatione ſignis pro argumentis ·prodigijs p²o experimentis vt attenderent iudei · vtinam attenderent pagani cum quanta conſcientie ſecuritate · Pro hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere Nonne cum omni fiducia deo dicere poterimus· Domine ſi error eſt a te decepti ſumus Nam iſta in nobis ſignis ꝛ prodigijs conformata ſunt et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0360
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt